



Mariae Virginis Sacratiss. Miraculorum Libri Tres

Vismara, Ercole

Mediolani, 1579

Mirac. Virg. XXXIII. Lictorem aeternae uitae compotem facit mater misericordiae, licet illi perpetuae mortis periculum immineret.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](#)

MIRAC. VIRG. XXXIIII.

Lictorem aeternae uitae compotem facit mater misericordiae, licet illi perpetuae mortis periculum immineret.

Lictor, qui saepe carnificis uices gerere consueuerat, cum ante Virginis imaginem pertransibat, illam semper summa impertiebat salute. Dum ante eius pedes deuolutus, ipsam supplex precaretur; interim ei praetoris nuncius iussit, ut statim ad damnatum ne caudum se conferret. Illinc ipse discedens ab inimicis occisus est. Consueuerat forte pius quidā sacerdos noctu singula urbis templa pietatis, & religionis caufsa adire. eo tempore illud Virginis delubri petēs, q̄ lictor adiuverat, ibi multos homines comperit, qui prius uita functi erant. Ex illis complureis hic dū uiuerent, nouerat. Is cupiebat scire, cur tanta illuc multitudo confluxisset, qui ab uno ex illis de ea re certior factus est. Dicebat .n. ille occisi lictoris animam, uti sibi addictam à cacodaemonib. peti, contra uero eandem à Dei matre, uti iuri suo addictam repeti: ideoq. in illo loco una tantum hominum numerum conuenisse, ut Christum illic iudicaturum uiderent. Sacerdos ille uidendi, & audiendi iudicis desiderio accensus est; & illic in angusto, ac remoto loco se abdidit, clanculum obseruaturus, quidnam fieret. Tribunal autem uidit, quod Christus conscenderat, apud quem confederat Virgo. Aduenere deinde impij, lictorem catenis reuinctum ducentes, cuius animam ad se attinere, miris modis probare ni

T teban-

tebatur. Sed Virgo cui, dum occisus est, se commiserat licetor, eum dignum esse, cui Christus placaretur testata est. Dulcissimae parenti omnino morem gerere decreuit filius iudex, ea tamen lege, ne iniuste cum aduersariis actum dici posset. Interim anima ad lictoris corporis redire iussit, ut illuc latitum iret peccata: censuitque a summo Pontifice publica precatio pro istius salute institueretur. Virgo ipsa, illic latenter sacerdotem accersiuit, illaque edixit, ut de filij sui uoluntate in eam Pontificem certiorem facheret. Quinet jam Sacerdoti tam eximiae pulchritudinis rosa relicta est; ut ea uisa, statim illius uerbis maximus Pontifex fidem adhibuerit, qui nihil moratus, quod Christi uerbis fuerat iussum, re ipsa praestitit.

MIRAC. VIRG. XXXV.

Opem latroni misericordiae mater afferit; qui postea ualde poenitens evita excessit.

Famosus latro, qui nihil unquam boni in longa aetate gesserat, diuino afflato adductus, die Virginis dicato, semel tantum iejunauit, & rem diuinam ad eiusdem Virginis memoriam, semel faciendam curauit; ut ab ipsa misericorde ante mortem resipiscendi facultas daretur. Eius uotis annuens ipsa, aperiissimis signis indicauit, a filio impetratum fuisse, ut ante quam mortem latro obiret, quinq. uerba posset effari, quibus omnis peccatorum macula elueretur. Paucis post diebus, ille in carcerem compactus, mortis supplicio damnatus est. Dum ad suspendum deducetur,

T